UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum homo possit docere vel dici Magister, uel solus Deus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72780

Visual Library

QVAESTIO XI.

De magiſtro.

In quatuor articulos diuiſa.

¶ Primo quæritur, Vtrum homo poſſit docere, & dici magiſter, vel ſolus Deus.

¶ Secundo, Vtrum aliquis poſſit dici magiſter ſuiipſius.

¶ Tertio, Vtrum homo ab angelo doceri poſſit.

¶ Quarto, Vtrum docere ſit actus vitæ actiuæ, vel contemplatiuæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homo docere alium poſſit, & dici Magiſter, vel Deus ſolus.

QVAESTIO eſt de Magiſtro. & primo quæritur, vtrum homo poſſit docere, & dici magiſter, vel ſolus Deus. & videtur, quod ſolus Deus doceat, & magiſter dici debeat. Matth. 23. Vnus eſt magiſter veſter, & præcedit: Nolite vocari rabbi. ſup quo glo. ne diuinum honorem hominibus tribuatis, aut quod Dei eſt, vobis vſurpetis. ergo magiſtrũ eſſe, vel docere, ſolius Dei eſſe videtur. *Glo. interlinearis ibi.*

¶ 2 Præt. Si homo docet, non niſi per aliqua ſigna, quia ſi etiam rebus ipſis aliqua doceri videantur, vt pote ſi aliquo quærente quid ſit ambulare, aliquis ambulet, tamen hoc non ſufficit ad docẽdum, niſi ſignum aliquod adiungatur, vt Augu. dicit in lib. de Magiſtro, & probat eo, quod in eadem re plura cõueniunt, vnde neſciretur quãtum ad quid de illa re demonſtratio fiat, vtrum quantum ab ſubſtantiã, vel quantum ad accidens aliquod eius: ſed per ſignum non poteſt deueniri in cognitionem rerum, quia rerum cognitio potior eſt, quam ſignorum, cum ſignorum cognitio ad rerum cognitionem ordinetur, ſicut ad finem, effectus autem nõ eſt potior ſua cauſa. ergo nullus poteſt tradere alicui cognitionem aliquarum rerum, & ſic non poteſt eũ docere.

¶ 3 Præt. Si aliquarum ſigna rerum alicui proponãtur per hominem, aut ille cui proponũtur cognoſcit res illas, quarum ſunt ſigna, aut non: ſi quidem res illas cognoſcit, de eis non docetur. Si vero non cognoſcit, ignoratis rebus, nec ſignorum ſignificationes cognoſci poſſunt. Qui.n. neſcit hanc rem, quæ eſt lapis, non poteſt ſcire quid hoc nomen lapis ſignificet, ignorata vero ſignificatione ſignorũ non poſſumus per ſigna aliquid addiſcere: ſi ergo homo nihil aliud faciat ad doctrinam quam ſigna proponere, videtur quod homo ab homine doceri non poſſit.

¶ 4 Præt. Docere nihil aliud eſt, quã ſcientiam in alio aliquo cauſare: ſed ſcientiæ ſubiectum eſt intellectus, ſigna autem ſenſibilia quibus ſolũmodo videtur homo poſſe doceri, non perueniunt vſque ad partem intellectiuam, ſed ſiſtunt in potentia ſenſitiua. ergo homo ab homine doceri non poteſt.

¶ 5 Præt. Si ſcientia in vno cauſat ab alio, aut ſcientia inerat addiſcenti, aut nõ inerat, ſi nõ inerat, & in homine vno ab alio cauſatur. ergo vnus hõ in alio ſciẽtiam cauſat. qđ eſt impoſſibile. Si aũt inerat, aut inerat in actu perfecto, & ſic cauſari non poteſt, qa quod eſt non fit, aut inerat ſecundum rationẽ ſeminalem: rationes autem ſeminales per nullam virtutem creatã in actum deduci poſſunt: ſed a Deo ſo-

A lo naturæ inſeruntur, vt Auguſt. dicit ſuper Gene. ad literã. ergo relinquitur quod vnus homo alium nullo modo docere poſſit.

¶ 6 Præt. Scientia quoddã accidens eſt: accidens autẽ nõ trãſmutat ſubiectum. ergo cũ doctrina nihil aliud eſſe videatur, niſi transfuſio ſcientiæ de magiſtro in diſcipulum, vnus alium docere non poteſt.

¶ 7 Præt. Rom. 10. ſuper illud, Fides ex auditu, dicit glo. licet Deus intus doceat, preco tamen exterius annuntiat: ſcientia autem interius in mente cauſatur, non autem exterius in ſenſu. ergo homo a ſolo Deo docetur, non ab alio homine. Glo. interlinearis ibi.

¶ 8 Præt. Aug. dicit in lib. de Magiſtro, ſolus Deus
B cathedram habet in cœlis, qui veritatem docet interius: alius autem homo ſic ſe habet ad cathedrã, ſicut agricola ad arborem: agricola autem non eſt factor arboris, ſed cultor. ergo nec homo poteſt dici dator ſcientiæ: ſed ad ſcientiam diſpoſitor.

¶ 9 Præt. Si homo eſt verus doctor, oportet quod veritatem doceat: ſed quicunque docet veritatem, mentem illuminat, cum veritas ſit lumen mentis. ergo homo mentem illuminabit, ſi docet. ſed hoc eſt falſum, cum Deus ſit qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan. 1. ergo non poteſt alius vere docere.

¶ 10 Præt. Si vnus homo aliũ docet, oportet quod
C faciat eum de potentia ſciente actu ſcientem. ergo oportet quod eius ſcientia educatur de potentia in actum: quod autem de potentia in actum educitur, neceſſe eſt quod mutetur. ergo ſcientia vel ſapientia mutabitur, quod eſt contra Aug. in lib. 83. quæſtio. qui dicit quod ſapientia accedens homini non ipſa mutatur, ſed hominem mutat.

¶ 11 Præt. Scientia nihil aliud eſt, quam deſcriptio rerum in anima, cum ſcientia eſſe dicatur aſſimilatio ſciẽtis ad ſcitum: ſed vnus homo non poteſt in alterius anima diſcribere rerum ſimilitudines: ſic enim interius operaretur in ipſo, quod ſolius Dei eſt. ergo unus homo alium docere non poteſt.

¶ 12 Præt. Boet dicit in lib. de Conſo, quod per do- Lib. 5. proſa
D ctrinam ſolummodo mens hominis excitatur ad ſciendum: ſed ille qui excitat intellectum ad ſciendum, non facit eum ſcire, ſicut ille qui excitat aliquem ad uidẽdum corporaliter, non facit eum videre. ergo unus homo non facit alium ſcire, & ita non proprie poteſt dici, quod eum doceat. 5. in prin.

¶ 13 Prę t. Ad ſcientiam requiritur cognitionis certitudo, alias non eſſet ſcientia: ſed opinio uel credulitas, ut Aug. dicit in lib. de Magiſtro: ſed vnus homo non poteſt in altero certitudinem facere per ſigna ſenſibilia, quæ præponit: quod enim eſt in ſenſu magis eſt obliquum, eo quod eſt in intellectu: certitudo autem ſemper fit ad aliquod magis re-
E ctum. ergo unus homo alium docere poteſt.

¶ 14 Præt. Ad ſcientiam non requiritur niſi lumen intelligibile & ſpecies: ſed neutrum in vno homine ab alio cauſari poteſt, quia oporteret, quod homo aliqđ crearet, cum huiuſmodi formæ ſimplices nõ uideãtur poſſe ꝓduci, niſi ꝑ creationẽ. ergo homo nõ põt in alio ſcientiam cauſare, & ſic nec docere.

¶ 15 Præt. Nihil poteſt formare mentem hominis, niſi ſolus Deus, ut Aug. dicit. ſcientia autem quæ- Lib. de libe
dam forma mentis eſt. ergo ſolus Deus in anima arb. c. 17. to.
ſcientiam cauſat.

¶ 16 Præt. Sicut culpa eſt in mẽte, ita ignorãtia: ſed ſolus Deus purgat mẽtem a culpa. Iſa. 43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas ꝑꝑ me. ergo ſolus Deus

purgat

purgat mētē ab ignorātia. Et ita ſolus Deus docet.

¶ 17 Præt. Cū ſcientia ſit certitudinalis cognitio, ab illo aliqs ſciētiam accipit, p̱ cuius locutionē certificatur, non autē certificatur aliquis ex hoc quod audit hoīem loquentē, alias oporteret quod q̱cquid alicui ab hoīe dr̄, ei pro certo cōſtaret: certificatur autē ſolum, ſecundum quod interius audit veritatē loquentem, quam conſulit etiam de his quæ ab homine audit, vt certus fiat. ergo homo non docet: ſed veritas quæ interius loquitur, quæ eſt Deus.

¶ 18 Præt. Nullus per locutionem alterius addiſcit illa, quę ante locutionem etiam interrogatus reſpōdiſſet: ſed diſcipulus antequā ei magiſter loquatur, reſpōderet interrogatus de his, quę magiſter p̱ponit: non. n. doceretur ex locutione magiſtri, niſi ita ſe habere cognoſceret, ſicut magiſter p̱ponit. ergo vnus homo non docetur per locutionem alterius.

Sed contra eſt, quod dicitur 2. Timoth. 1. In quo poſitus ſum ego prædicator & magiſter. ergo homo poteſt eſſe, & dici magiſter.

¶ 2 Præt. Secundę Tim. 3. Tu vero permane in his, quæ didiciſti & credita ſunt tibi. glo. a me tanquam a vero doctore, & ſic idem quod prius.

Glo. interlinearis ibi.

¶ 3 Præt. Matth. 23. ſimul dicitur, Vnus eſt magiſter veſter, & vnus eſt pater veſter: ſed hoc quod Deus eſt pater omnium, non excludit quin etiam homo vere poſſit dici pater. ergo etiam per hoc non excluditur, quin homo poſſit dici magiſter.

¶ 4 Præt. Rom. 10. ſuper illud, Quam ſpecioſi ſunt pedes &c. dicit gloſſa. Iſti ſunt pedes qui illuminant Eccleſiam, loquitur autem de Apoſtolis. Cū ergo illuminare ſit actus doctoris, videtur quod hominibus docere competat.

Ex glo. ord. & interlineari colligitur.

¶ 5 Præt. Vt dicitur in 3. Metaphy. Vnumquodque tunc eſt perfectum, quando poteſt ſibi ſimile generare: ſed ſcientia eſt quædam cognitio perfecta. ergo homo qui habet ſciētiam, poteſt alium docere.

¶ 6 Præt. Auguſt. in lib. contra Mani. dicit, quod ſicut terra quę ante peccatū fonte irrigabatur, poſt peccatum indiguit pluuia de nubibus deſcendente, ita mens humana quæ per terram ſignificatur fonte veritatis ante peccatum fęcundabatur, poſt peccatum vero indiget doctrina aliorum, quaſi pluuia deſcendente de nubibus. ergo ſaltem poſt peccatum homo ab homine docetur.

2. c. 4. tom. 1.

Respon. Dicendum, quod in tribus eadem opinionum diuerſitas inuenitur, ſ. in eductione formarū in eſſe, in acquiſitione virtutum, & in acquiſitione ſcientiarum. quidā. n. dixerunt formas ſenſibiles oēs eſſe ab extrinſeco, quod eſt a ſubſtantia, vel a forma ſeparata, quam appellāt datorem formarum vel intelligentiā agētem, & quod oīa inferiora agētia naturalia non ſunt, niſi ſicut præparātia materiā ad formę ſuſceptionē. Similiter ēt Auic. dicit in ſua Metaphy. quod habitus honeſti cauſa non eſt actio noſtra: ſed actio prohibet eius contrarium & adaptat ad illum, vt accidat hic habitus a ſubſtantia perficiente animas hominū, quæ eſt intelligentia agēs vel ſubſtantia ei conſimilis. Similiter etiā ponunt, quod ſcientia non efficitur in nobis, niſi ab agente ſeparato. vnde Auicen. ponit in 6. de Naturalibus, quod formę intelligibiles effluunt in mentē noſtrā ab intelligentia agente. Quidā vero econtrario opinati ſunt, ſ. quod omnia iſta rebus eſſent indita, nec ab exteriori cauſam haberent: ſed ſolummodo qđ p̱ exteriorem actionem manifeſtātur. poſuerunt. n. quidā, quod omnes formæ naturales eſſent actu in

Lib. 4. ca. 2. a medio illius

F materia latentes: & qđ agens naturale nihil aliud facit, quam extrahere eas de occulto in manifeſtū. Similiter etiā aliqui poſuerunt, quod habitus omnes virtutum nobis ſunt inditi a natura: ſed p̱ exercitium operum remouentur impedimenta, quibus prædicti habitus quaſi occultantur, ſicut per limationem aufertur rubigo, vt claritas ferri manifeſtetur. Similiter etiam aliqui dixerunt, quod animę eſt omnium ſcientia concreata, & quod per huiuſmodi doctrinam, & huiuſmodi ſcientiæ exteriora adminicula, nihil fit aliud, niſi qđ anima deducitur in recordationem, vel cōſiderationē eorum, q̄ prius ſciuit: vnde dicunt, quod addiſcere nihil aliud eſt,

G quam reminiſci. Vtraque autem iſtarum opinionū eſt abſque ratione. Prima enim opinio excludit cauſas propinquas, dum effectus omnes in inferioribus prouenientes, ſolis cauſis primis attribuit, in quo derogatur ordini vniuerſi, qui ordine, & connexione cauſarum contexitur, dum prima cauſa ex eminentia bonitatis ſuæ rebus alijs confert, nō ſolum quod ſint, ſed etiam quod cauſæ ſint. Secunda etiam opinio in idem quaſi inconueniens redit. cū enim remouens prohibens non ſit, niſi mouens p̱ accidens, vt dicitur 8. Phyſi. ſi inferiora agentia nihil aliud faciunt, quā producere de occulto in manifeſtum remouendo impedimenta, quibus formę & habitus virtutū, & ſcientiarū occultabantur, ſequetur qđ omnia inferiora agentia nō agant, niſi

H per accidēs. Et ideo ſ͞m doctrinam Ariſt. media via inter has duas tenenda eſt in omnibus prædictis. Formæ enim naturales præexiſtunt quidem in materia, nō in actu, vt alij dicebāt: ſed in potētia ſolū, de qua in actum reducunt̄ per agens extrinſecum proximum, nō ſolum p̱ agens primum, vt alia opinio ponebat. Similiter etiam ſ͞m ipſius ſententiam in 6. Ethic. virtutum habitus ante earum conſumationem præexiſtunt in nobis, in quibuſdam naturalibus inclinationibus, quæ ſunt quædam virtutū inchoationes, ſed poſtea per exercitium operum adducunt̄ in debitā cōſumationem. Similiter etiā dicendū eſt de ſciētiæ acquiſitione, quod præexiſtūt

I in nobis quædā ſcientiarum ſemina, ſcilicet primæ cōceptiones intellectus, quæ ſtatim lumine intellectus agētis cognoſcuntur, per ſpecies a ſenſibilibus abſtractas, ſiue ſint complexa, vt dignitates, ſiue incōplexa, ſicut rō entis, & vnius, & huiuſmodi, q̄ ſtatim intellectus apprehēdit. Ex iſtis autem principijs vniuerſalibus oīa principia ſequuntur, ſicut ex quibuſdā rōnibus ſeminalibus. Quando ergo ex iſtis vniuerſalibus cognitionibus mens educit̄, vt actu cognoſcat particularia, quę prius ī potētia, & quaſi in vniuerſali cognoſcebantur, tūc aliquis dr̄ ſcientiam acquirere. Sciendū tamen eſt, quod in naturalibus rebus aliquid præexiſtit in potentia dupliciter. Vno modo in potētia actiua cōpleta, quādo

K ſcilicet principium intrinſecū ſufficiēter pōt perducere in actum perfectum, ſicut patet in ſanatione: ex virtute enim naturali, quæ eſt in ęgro, ęger ad ſanitatē p̱ducit̄. Alio modo in potentia paſſiua, quando ſ. principium intrinſecum non ſufficit ad educēdum in actum, ſicut patet quando ex aere fit ignis, hoc enim non pōt fieri per aliquam virtutem in aere exiſtentē. Quādo igitur præexiſtit aliquid in potentia actiua cōpleta, tunc agens extrinſecum non agit, niſi adiuuādo agēs intrinſecum, & miniſtrādo ei ea, quibus poſſit in actū exire, ſicut medicus in ſanatione eſt miniſter naturæ, q̄ principaliter operatur

tur conſortando naturã, & opponẽdo medicinas,
quibus velut inſtrumentis natura vtitur ad ſanatio-
nẽ. Quãdo vero aliquid præexiſtit in potentia paſſi
ua tantũ, tunc agens extrinſecum eſt, quod educit
principaliter de potẽtia in actum: ſicut ignis facit
de aere, qui eſt potentia ignis, actu ignẽ. Scientia er
go præexiſtit in addiſcẽte in potentia nõ pure paſ-
ſiua, ſed actiua, alias homo non poſſet per ſeipſum
acquirere ſcientiam. Sicut ergo aliquis dupliciter ſa
natur, vno modo per operationẽ naturæ tantum,
alio modo a natura, cum adminiculo medicinæ, ita
etiam eſt duplex modus acquirendi ſcientiã, vnus,
quando naturalis ratio per ſeipſam deuenit in co-
gnitionem ignotorum, & hic modus dicitur inuẽ-
tio: alius quando rõni naturali aliquis exterius ad-
miniculatur, & hic modus dicitur diſciplina. In his
autem, quæ fiunt a natura, & arte eodẽ modo ope-
ratur ars, & per eadẽ media, quibus, & natura. Sicut
enim natura in eo, q ex frigida cauſa laborat, calefa-
ciendo induceret ſanitatem, ita & medicus vnde &
ars dicitur imitari naturam. Similiter etiam contin-
D. 1307. git in ſcientiæ acquiſitione, quod eodẽ modo [d] do-
cens alium ad ſcientiam ignotorum deducit inue-
niendo, ſicut ſi aliquis deducit ſeipſum in cognitio
nem ignoti: proceſſus autem rõnis prouenientis
ad cognitionem ignoti in inueniendo eſt, vt princi
pia cõmunia per ſe nota applicet ad determinatas
materias, & inde procedat in aliquas particulares
concluſiones, & ex his in alias: vnde, & ſecundum
hoc vnus alium docere dr̃, quod iſtum diſcurſum
rõnis, quem in ſe facit ratione naturali alteri expo
nit per ſigna, & ſic rõ naturalis diſcipuli per huiuſ-
modi ſibi propoſita, ſicut per quædam inſtrumen-
ta peruenit in cognitionem ignotorum. Sicut er-
go medicus dicitur cauſare ſanitatem in infirmo
natura operante, ita etiam homo dicitur cauſare
ſcientiã in alio operatione rõnis naturalis illius, &
hoc eſt docere, vnde vnus homo alium docere dr̃,
& eius eſſe magiſter. Et ſecundum hoc dicit Philo-
Com. 5. c. 1. ſophus 1. Poſteriorum, quod demonſtratio eſt ſyl
logiſmus faciens ſcire. Si autem aliquis alicui pro-
ponat ea, quæ in principijs per ſe notis non inclu-
dunt, vel includi nõ manifeſtantur, nõ faciet in eo
ſcientiã, ſed forte opinionẽ, vel fidẽ: quàmuis etiã
hoc aliquo modo ex principijs innatis cauſetur. Ex
ipſis enim principijs per ſe notis conſiderat, qđ ea,
quæ ex eis neceſſario conſequuntur, ſunt certitudi
naliter tenẽda: quæ vero eis ſunt cõtraria, totaliter
reſpuenda: alijs autem aſſenſum præbere põt, vel
non. Huiuſmodi autẽ rõnis lumen, quo principia
huiuſmodi ſunt nobis nota, eſt nobis à Deo indi-
tum, quaſi quædã ſimilitudo increatæ veritatis in
nobis reſultantis. vnde cum omnis doctrina huma
na efficaciam habere nõ poſſit, niſi ex virtute illius
luminis, conſtat quod ſolus Deus eſt, qui interius,
& principaliter docet, ſicut natura interius etiam
principaliter ſanat: nihilominus tamen, & ſanare,
& docere proprie dicitur modo prædicto.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ quia dominus
præceperat diſcipulis, ne vocarentur magiſtri, ne
poſſet intelligi hoc prohibitum abſolute, gloſſa ex-
ponit qualiter hæc prohibitio ſit intelligẽda: prohi
bemur.n. hoc modo hominem vocare magiſtrũ,
vt ei principalitatẽ magiſterij attribuamus, q̃ Deo
cõpetit: quaſi in hominũ ſapiẽtia ſpẽ ponẽtes, & nõ
magis de his, q̃ ab homine audiuim⁹ diuinã veritatẽ
cõſulẽtes, q̃ in nobis loquit̃ ꝑ ſuæ ſimilitudinis im-

A preſſionem, qua de omnibus poſſumus iudicare.

Ad secvndvm dicendũ, quod cognitio rerum
in nobis nõ efficitur per cognitionem ſignorum,
ſed per cognitionem aliquarum rerum magis cer-
tarum, ſcilicet principiorum quæ nobis per aliqua
ſigna proponuntur & applicantur ad alia, quę prius
erant nobis ignota ſimpliciter, quàmuis nobis no-
ta ſecũdum quid, vt dictum eſt. cognitio enim prin- In corp. art.
cipiorum facit in nobis ſcientiam concluſionum,
non cognitio ſignorum.

Ad tertivm dicendum, quod illa de q̃bus ꝑ ſi-
gna docemur, cognoſcimus q̃dẽ quãtum ad aliq̃d,
& quãtum ad aliq̃d ignoramus. vtpote ſi docemur
B q̃d eſt homo, oportet quod de eo p̄ſciamus aliq̃d,
ſ. rõnem animalis vel ſubſtãtiæ, aut ſaltem ipſius en-
tis, quæ nobis ignota eſſe non põt: & ſimiliter ſi do
ceamus aliquam concluſionem oportet præſcire
de ſubiecto & paſſione quid ſint, etiam principijs ꝑ
quæ concluſio docetur præcognitis: omnis enim
diſciplina fit ex præexiſtenti cognitione, vt dicitur
in 1. Poſter. vnde ratio non ſequitur. In prin. co. 1.

Ad qvartvm dicendum, quod ex ſenſibilibus
ſignis, quæ in potentia ſenſitiua recipiuntur, intelle
ctus accipit intentiones intelligibiles, quibus vtitur
ad ſcientiam in ſeipſo faciendam, proximum enim
C ſcientiæ effectiuum non ſunt ſigna, ſed ratio diſcur
rens a principijs in concluſiones, vt dictum eſt. In corp. art.

Ad qvintvm dicẽdum, quod in eo q docetur,
ſciẽtia præexiſtebat, non quidẽ in actu cõpleto, ſed
quaſi in rõnibus ſeminalibus, ſecundum quod vni-
uerſales conceptiones, quarum cognitio eſt nobis
naturaliter inſita, ſunt quaſi ſemina q̃dam oĩum ſe-
quẽtium cognitorum. Quãuis autẽ ꝑ virtutẽ creatã
rõnes ſeminales nõ hoc modo educantur in actũ,
quaſi ꝑ aliquam virtutem creatã infundantur: tamẽ
id quod eſt in eis originaliter, & virtualiter, actio-
ne creatæ virtutis in actum educi poteſt.

Ad sextvm dicẽdum, quod docẽs nõ dr̃ tranſ-
fundere ſciẽtiã in diſcipulum, quaſi illa eadẽ nume
ro ſciẽtia, quæ eſt in magiſtro, in diſcipulo fiat: ſed
D q̃a ꝑ doctrinã fit in diſcipulo ſciẽtia ſimilis ei, q̃ eſt
in magiſtro educta de potẽtia in actũ, vt dictum eſt. In corp. art.

Ad septimvm dicẽdum, quod ſicut medicus q̃-
uis exterius operetur, natura ſola interius operãte,
dr̃ facere ſanitatẽ: ita & hõ dr̃ docere veritatẽ, quã-
uis exterius annuntiet, Deo interius docente.

Ad octavvm dicendum, quod Auguſt. in lib. de
Magiſtro, per hoc quod probat ſolum Deum do-
cere, non intendit excludere, quin homo exterius
doceat: ſed quia ſolus Deus docet interius.

Ad nonvm dicẽdum, quod homo verus, & ve-
re doctor dici põt, & veritatẽ docẽs, & mẽtẽ quidẽ
E illuminans, non quaſi lumen rõni infundens, ſed
quaſi lumen rõnis coadiuuans ad ſciẽtiæ ꝑfectionẽ
ꝑ ea quæ exterius proponit, ſecũdum quẽ modum
dicitur Epheſiorum 3. Mihi omnium ſanctorum
minimo data eſt gratia hæc illuminare &c.

Ad x. dicendũ, quod duplex eſt ſapiẽtia, ſ. creata
& increata, & vtraq; homini infunditur, & eius infu
ſione hõ in melius mutari põt proficiẽdo. Sapiẽtia
uero increata nullo modo mutabilis eſt: creata ue-
ro in nobis mutatur ꝑ accidens, non per ſe. Eſt.n. ip-
ſam cõſiderare dupliciter. uno modo ſm̃ reſpectũ
ad res æternas de quibus eſt, & ſic oĩno immutabi-
lis eſt. Alio modo ſecundum eẽ quod habet in ſu-
biecto, & ſic ꝑ accidens mutatur ſubiecto mutato
de potentia habẽte ſapiẽtiam in actu habẽs. Formę
enim

enim intelligibiles ex q̄b. ſapiētia cōſiſtit, & ſunt rerū ſimilitudines, & ſunt formæ p̄ficiētes intellectū.

Ad xi. dicēdum, ꝙ in diſcipulo deſcribuntur formæ intelligibiles, ex q̄bus ſcientia p̄ doctrinā accepta conſtituitur, immediate quidē per intellectum agētē, ſed mediate per eum qui docet. proponit.n. doctor rerum intelligibilium ſigna, ex quibus intellectus agens accipit intētiones intelligibiles, & deſcribit eas in intellectu poſſibili: vnde ipſa verba doctoris audita, vel viſa in ſcripto hoc modo ſe habēt ad cauſandum ſcientiam in intellectu, ſicut res quæ ſunt extra aīam: q̄a ex vtriſq; intellectus intentiones intelligibiles accipit, quàmuis verba doctoris propinquius ſe habent ad cauſandum ſcientiā, quā ſenſibilia extra animam exiſtentia, inquantum ſunt ſigna intelligibilium intentionum.

Ad xii. dicendum, quod non eſt ſimile de intellectu & viſu corporali: viſus enim corporalis non eſt vis collatiua, vt ex quibuſdā ſuorū obiectorum in alia p̄ueniat: ſed oīa ſua obiecta ſunt ei viſibilia, quā cito ad illa conuertitur. vnde habēs potentiam viſiuam ſe habet hoc modo ad oīa uiſibilia intuenda, ſicut habēs habitum ad ea quæ habitualiter ſcit conſiderāda. & ideo uidens non indiget ab alio excitari ad uidēdum, niſi quatenus p̄ alium eius uiſus dirigitur in aliquod uiſibile, ut digito, uel aliquid hm̄ōi: ſed potentia intellectiua cum ſit collatiua, ex quibuſdam in alia deuenit, vnde nō ſe habet æqualiter ad omnia intelligibilia conſiderāda: ſed ſtatim quædā uidet, ut quæ ſunt per ſe nota, in quibus implicite continētur quędam alia, quæ intelligere nō poteſt, niſi p̄ officium rōnis ea, quæ in principijs implicite continentur explicando: unde ad hm̄ōi cognoſcēda antequā habitum hēat, non ſolum eſt in potētia accidētali, ſed ēt in potentia eſſentiali: indiget.n. motore, qui reducat eum in actu p̄ doctrinā, ut dicitur in 8. Phyſic. quo non indiget ille qui habitualiter iam aliquid nouit. doctor ergo excitat intellectum ad ſciendum illa quæ docet, ſicut motor eſſentialis educens de potentia in actum: ſed oſtendēs rem aliquam uiſui corporali excitat eum, ſicut motor per accidens, prout etiam habens habitum ſcientiæ pōt excitari ad conſiderandum de aliquo.

C6.32. to.2.

Ad xiii. dicēdum, quod certitudo ſcientiæ tota oritur ex certitudine principiorum. Tunc enim cōcluſiones per certitudinē ſciuntur, quādo reſoluuntur in principia. & ideo quod aliq̄d per certitudinē ſciatur, eſt ex lumine rōnis diuinitus interius indito, quo in nobis loq̄tur Deus: nō aūt ab hoīe exterius docēte, niſi quatenus cōcluſiones in principia reſoluit nos docēs: ex quo tñ nos certitudinē ſcīæ non acciperemus, niſi ineſſet nobis certitudo principiorum, in quæ concluſiones reſoluuntur.

Ad xiiii. dicendum, ꝙ homo exterius docēs nō influit lumē intelligibile: ſed eſt cauſa quodāmodo ſpēi intelligibilis, inquātum proponit nobis quædā ſigna intelligibilium intentionum, quas intellectus noſter ab illis ſignis accipit, & recondit in ſeipſo.

Ad xv. dicendum, quod cum dicitur, nihil poteſt formare mentem niſi Deus, intelligitur de vltima eius forma, ſine qua informis reputatur, quaſcunque alias formas habeat: hæc autem eſt forma illa, qua ad uerbum conuertitur, & ei inhęret per quam ſolam, natura rationalis formata dicitur, vt patet per Auguſt. ſuper Geneſ.

9. Sup Gen. ad literam, c 15. com. 3. Et li.83. q6. q.51. tom.4.

Ad xvi. dicendum, quod culpa eſt in affectu in quē ſolus Deus imprimere poteſt, ſicut patebit in F ſequenti articulo: ignorantia autem eſt in intellectu, in quem etiā virtus creata poteſt imprimere, ſicut intellectus agens imprimit ſpecies intelligibiles in intellectum poſſibilem, quo mediante ex rebus ſenſibilibus, & ex doctrina hominis cauſatur ſcientia in anima noſtra, vt dictum eſt.

Ad xvii. dicendum, ꝙ certitudinem ſcientiæ, vt dictum eſt, habet aliquis a ſolo Deo, qui nobis lumen rationis indidit, per quod principia cognoſcimus, ex quibus oritur ſcientiæ certitudo: & tamen ſcientia ab homine quodammodo cauſatur in nobis, vt dictum eſt.

Ad xviii. dicendū, ꝙ diſcipulus ante locutio- G nem magiſtri interrogatus, reſponderet quidem de principijs, per quæ docetur, non autem de concluſionibus, quas quis eum docet. vnde principia non diſcit a magiſtro, ſed ſolum concluſiones.

Articvlvs ii.

Vtrum aliquis poßit ſuijpſius Magiſter dici.

Secvndo quæritur, vtrum aliquis poſſit dici magiſter ſuiipſius. Et videtur quod ſic, quia actio magis debet attribui cauſæ principali, quam inſtrumentali: ſed quaſi cauſa principalis ſcientiæ cauſatæ in nobis eſt intellectus agens: homo autem, qui docet exterius, eſt quaſi cauſa inſtrumentalis proponens intellectui agenti inſtrumenta, quibus ad ſcientiam perducat. ergo intellectus agens magis H docet, quam homo exterius. Si ergo propter locutionem exteriorem, qui exterius loquitur, dr̄ magiſter illius, qui audit, multo amplius propter lumē intellectus agentis ille, qui audit, dicendus eſt magiſter ſuijpſius.

¶ 2 Præt. Nullus aliquid diſcit, niſi ſecundum, quod ad certitudinem cognitionis peruenit: ſed certitudo cognitionis nobis ineſt per principia naturaliter nota lumine intellectus agētis. ergo intellectui agēti præcipue cōuenit docere: & ſic idē, q̄d prius.

¶ 3 Præt. Docere magis proprie cōuenit Deo quā homini, vnde Mat. 23. Vnus eſt magiſter veſter: ſed Deus nos docet, inquantum nobis lumen rationis I tradit, quo de omnibus poſſumus iudicare. ergo illi lumini præcipue actio docendi attribui debet, & ſic idem, quod prius.

¶ 4 Præt. Scire aliquid per inuentionem eſt perfectius quam ab alio diſcere, vt patet in 1. Ethic. ſi ergo ex illo modo acquirendi ſcientiam, quo aliq̄s ab alio addiſcit, ſumitur nomen magiſtri, vt vnus alterius ſit magiſter, multo amplius ex m̄ō accipiendi ſcientiam per inuentionem debet accipi nomen magiſtri, vt aliquis ſuijpſius magiſter dicatur.

¶ 5 Præt. Sicut aliq̄s inducit̄ ad virtutem a ſeipſo, & ab alio, ita perducit̄ ad ſcientiam, & per ſeipſum inueniendo, & ab alio addiſcendo, ſed illi qui ad opera virtutū perueniūt ſine exteriori inſtructore, vel K legislatore, dicunt̄ eſſe ſibijpſis lex, Rom. 2. Cum gētes quæ legē nō habent, naturaliter quæ legis ſunt, faciunt, ipſi ſibi ſunt lex. ergo & ille qui ſcientiam acquirit per ſeipſum debet ſibijpſi dici magiſter.

¶ 6 Præt. Doctor eſt cauſa ſcientiæ, ſicut medicus ſanitatis, vt dictum eſt: ſed medicus ſanat ſeipſum. ergo & aliquis poteſt ſeipſum docere.

Sed contra eſt, q̄d Philoſophus dicit 8. Phyſi. quod impoſſibile eſt, quod docens addiſcat, quia docentem neceſſe eſt habere ſcientiam: diſcentē vero non habere. ergo non poteſt eſſe, quod aliquis doceat ſeipſum, vel magiſter dici ſui.

Pręt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN